Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26181
Copyright: Admont, Benediktinerstift

112

inclinari aduersa conspicit: ut secm humoris conspirationem. adhibeat & tempt
tationem. Lege balaam. qui in figura diaboli contra populum di excea parte
precipit peruersos preten dere laqueos. ex qua sensit eos facilius ce lapsuros.
Iam & qui aquam alicubi deducit. non eam per aliam partem mittit. nisi ubi
eius impetum intendit. Aliud est intrare in mentem cuiusquam diaboli: aliud
uero inhabitare: Iam & in corda sanctorum ingreditur dū malas suggesti
ones insinuat. s; non habitat in eis: quia in suum corpus non eos transducit.
Qui uero in corpore eius sunt. ipsos inhabitat: quia ipsi sunt templū eius.
Et si subripiat mentibus electorum diabolus: non autem in eis requiescit.
sicut in cordibus reproborum nam calore fidei mox excitatur: ut exeat
abelectis. Non nulli quos iam auido ore diabolus deuorat: rursus diuini
iudicii occulta miseratione abeius ore eripiuntur: & saluti restituuntur:
Iam sepe multos quos antiquus hostis luxurie uoragine mersos tenuit
potentia diuina ꝓpenitentiam abeius ~~eius~~ faucibus traxit. Multa iusti
aduersa in anima patiuntur instigatione demonum. s; talib; tēptamentis
perire uite eterne non potest: quia pius dominus addamnationem eis
pe non reputat. quod de sue maiestatis permissu nolens qui patiū por
tat. Iam ibi peccamus: ubi p cupiditatem uel uoluntate deflectim. Ubi
uero uolenter addicimur: & si facinus aut flagitium non est: miseria
tamen pro flagitio & facinore est. S; qui deum pro inrogata laudat miseria:
commissio proculdubio caret facinore:

VATVOR MODIS De multimodis peccatis. xxxiii

committitur peccatum in corde: quatuor perpetratur & opere:
Admittitur corde suggestione demonum. delectatione carnis. consen
sione mentis. defensione elationis. Committitur opere: nunc latenter. nunc
palam. nunc consuetudine: nunc desperatione: Istis ergo gradibus
& corde delinquitur: & opere perpetratur: Tribus modis peccatum
geritur: hoc est ignorantia. infirmitate: industria. Grauius est infir
mitate. quam ignorantia delinquere. Grauius industria. quam infir
mitate peccare: Industria namq; peccat. qui studio ac deliberatione
mentis malum agit. Infirmitate autem. qui casu uel precipitatione de
linquit. Nequius autem. & de industria peccant. qui non solum non bene
uiuunt. s; etiam & bene uiuentes si possunt auertitate diuertunt. Sunt
peccata leuia. que abincipientib; cotidiana satisfactione purgantur:
que tamen aperfectis utris uelut magna crimina euitantur: Quid
autem homines de magnis sceleribus age debent: quando etiam per